



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

VII. & de jurejurando.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

Tum multa aduersus eum oratorie exaggerat; res attentius introspicere insuperhabet. A Origenem ait Elymae, Iamnae, & Mambra fautorem esse; deletam fuisse adventu Christi idololatriam, quae ex arte magica profecta est, ac deletam proinde Magiam ipsam; aliaque eiusmodi plurima congerit. Quocirca Anonymus apud Photium Cod. 117, inter criminationes in Origenem ab aduersarijs confatas hanc nono loco recenset: *ὅτι ἡ μαγία ἡ μά-*

Sixt. libr. 6
Annas. 8
Genebr. Col-
lect. cap. 6.

γία: *Malam non esse Magiam.* Meminissent accusatores illi duplicem esse Magiam, ut recte ex Hieronymo, & Iustino probant Sixtus, & Genebrardus; alteram, quae ex naturalibus causis & principijs res prauidet & praedicat, & nonnumquam etiam efficit, quae proprie Philosophia est; alteram, quae Daemonum ope & subsidio utens, praestigijs homines fallit & deludit. Magos illos, à quibus Magia dicta est, Deorum religionibus addictos, nomen inde à patria dialecto fortius refert Porphyrius libr. 3. *ἄλλοι μὲν γὰρ τὸς προ-
ειον ἀγαθῶν σημεῖα ἢ μαγία.* Apud Persas, qui reum diuinarum periti sunt, Deosque colunt, Magi nuncupantur: id enim patria illorum dialecto significat Magus. Praecipui autem inter Philosophiae parentes Magi commemorantur à Laërtio in Prooem. Magiam ergo si rem non malam esse dixit Origenes, perinde est ac si Philosophiam rem non malam dixerit. Pari modo accipiendum est quod ait libr. 7. contra Cels. artem *μαγικῶν* medium aliquid esse & indifferens: nam si ex casualium naturalium inspectione proficiscatur, laudabilis est; sin ex Daemonum technis, vituperanda. *ὁ λόγος δὲ αἰρεῖ,* inquit, *καὶ ἄλλα νομίζονται τὰ πνεύματα* (πνεύματα) *τῆς μαγικῆς ἀναμει, μίση πηχανόση, εἰς ἀπάτην αἰσθητικῶν ἡρώδων, καὶ ποιεῖ τὸ ἀεὶ κατὰ τὴν ἰδίαν τὴν οὐσίαν, καὶ ἢ ἐξ οὐρανοῦ εἰς ἑσπέραν ἀποπέσει.* Magicas ergo artes, quae Daemonum fallacijs administrantur, improbat & reicit: sed multo etiam discretius sub finem antecedentis libri; ibi quippe Celsum coarguit, qui Magos ἐπιδαμνῶν appellauerat, ἀφ' οὗ, inquit, ἡ παράνομη τῆς εἰδωλολατρίας καὶ τῆς μαγίας, καὶ τῆς νεκρομαντίας ἐπιδαμνῶν, ὁ δὲ οὐκ ἔστιν ἐπιδαμνῶν αὐτῆς, ἀλλὰ τῆς οὐσίας καὶ τῆς οὐσίας. & Homil. 13. in Num. *Nec mireris, si est in magica arte tale aliquid: esse enim hanc artem designat etiam Scriptura, sed uti ea prohibet. Nam & Dæmones Scriptura esse designat, sed colit eos & exorari vetat: recte ergo etiam magica uti prohibet, quia Magorum ministri Angeli sunt refuga, & spiritus maligni, & Dæmonia immunda.* Reliqua non minus dilucida vitandae fatietatis causa praetermitto. Tractatu etiam in Matth. trigesimo quinto, Iudaicum esse dicit adiurare Dæmonia, neque secundum potestatem à Christo concessam; quo significari vult S. Thomas id adjurationis genus, quod fit per preces, sacrificia, & vetitas ceremonias; non alterum illud, quod fit *potestative*, ut loquitur Thomas, & quo Ecclesia uti solet. Libro etiam 3. *ἄλλοι μὲν γὰρ*, cap. 3. ita de Magia dillerit, ut pro noxia & perniciofa hanc ipsum habuisse constet.

S. Th. 2. 2. q.
90. a. 2.

V. Quae cum ita se habeant, miror id scripsisse Eustathium Antiochenum: *ἀλλ' ὁ κοινὸς ὡσεὶ οὐκ εἰδωλολατρίας ὄργανα, καὶ νεκρομαντίας ὄργανα τῆς ἐκκλησίας διὰ τὴν ἰππευτικὴν ἡρώδων τῆς οὐσίας καὶ τῆς οὐσίας* *Sed venustus Origenes idololatriæ instrumenta, & necromantia inventa in Ecclesiae chororum inducere volens, in sacra Scripturam mentitur.* Locus habetur in libello De Engastrimytho, quem lucubravit ad id rejiciendum Origenis dogma, quo animam ipsam Samuelis à Pythonissa per incantamenta evocatum decrevit. Eadem de causa peculiari libro Origenem Methodius Tytius refellit, ut auctor est Hieronymus. Hunc etiam notat errorem, suppresso licet Origenis nomine, Gregorius Nyssenus in Epistola ad Theodosium De Pythonissa. Ac Eustathius quidem, cuius librum Leo Alladius edidit, variis rationibus ostendere conatur non Samuelem, Samuelisve animam Pythonissae carminibus fuisse excitatam, sed Dæmonem, vel phasma à Dæmone confictum. Sigillatim hæc persequi, non est otij nostri, nec instituti: satis habet Origenes praesidij in Patrum aliquot consensu, quos Leo Alladius in Syntagmate De Engastrimytho, cap. 7. recenset: Iustini in his Dialog. cum Tryph. Sulpitij Severi Histor. sacr. libr. 1. & Anastasij Antiocheni in *ὁμολογ.* quest. 112. & eorum præterea quos laudat Bellarminus libr. 4. De Christo, cap. 11. His adde antiquissimorum Rabbiorum suffragium, qui tradunt mortuorum animas, si ante annum à morte praeteritum evocentur, quo tempore excita fuit Samuelis anima, videri quidem ab Engastrimytho, non audiri; audiri ab eo qui oracula scitatur, non videri; ab alijs nec audiri, nec videri.

Hieron. De
scrips. Eccl.
cap. 94.

VI. Hieronymus libr. 1. Apolog. in Rufin. cap. 4, Origenis locum afferre à libr. 6. Stomat. in quo juxta Platonis sententiam mentiri nonnumquam licere defendit. Idem visum est ipsi Hieronymo lib. 1. Comment. in Epist. ad Galat. cap. 2. v. 11. multisque opinionem suam defendit. Visum id quoque Chrysofomo, & Cassiano. Sed palam refragatur Augustinus in libro De mendacio ad Consentium, cap. 2. & in Epistola quadam ad Hieronymum, eique assentiuntur Theologi omnes, quodlibet mendacium, simulationem quamlibet damnantes, & peccati nota afficientes.

Chrysof. l. 1.
de Sacerdotio.
Cassianus l. 1.
Coll. c. 8.
17. &
189.

VII. Qui vero mendacium non usquequaque damnat Origenes, idem jurejurando penitus

A nitus interdicit Tractat. 35. in Math. ita disputans: *Simile est enim, quod dicit in Evangelio Dominus ipse: Ego autem dico non iurare omnino, & non ad iurare omnino. Si enim iurare non licet, quantum ad Evangelicum Christi mandatum, verum est quia nec ad iurare alterum licet.* In eadem fuere sententia Athanasius, Chrysolomus, Epiphanius, Hilarius, alijque complures, quos citat Sixtus Senensis libr. 6. Annot. 26. eorumque secutus est opinionem Pelagius, ut ab Augustino traditur in calce Epistol. 89. & recentium Heterodoxorum magna pars: cum è contrario sanctum esse & utile iuramentum, pie modo & prudenter, & flagitante necessitate adhibeatur, Catholica Ecclesia constituat.

CAPVT TERTIVM.

GENERALE ORIGENIANÆ DOCTRINÆ EXAMEN.

I. Iniqua fere pro Origene, vel contra Origenem iudicia. II. Recensentur ipsius defensores. III. Multa ad Origeniani nominis oppugnatores confutandos generatim proponuntur. Mutua criminationum repugnantia; IV. Origenistarum errores Origeni afficti; V. Rufini interpretis perfidia; VI. Patrum falsis criminibus appetitorum exemplum; VII. Philocalia à Gregorio Theologo, & Basilio ex Origenis scriptis excerpta; VIII. allegorica ipsius interpretationes. IX. Frustra hereseon fons appellatus est. X. Librorum ipsius depravatio. XI. Multa quoque ad ipsam excusandum in uniuersum adducuntur: perpetua ipsius in proponendis sententiis hesitatio; eiusdem modestia; XII. constans hereseon insectandi studium; XIII. nimia in scribendo festinatio; XIV. Theologicae quaestiones ipsius temporibus nondum satis excussae, nec per Ecclesiam definitae. XV. Eum tan tem temere dictorum panitit. XVI. Immerito Rufinum reprehendit Hieronymus, propter inscriptum Origenis Apologiae Pamphili nomen. XVII. In multis peccasse Origenem fatendum est. XVIII. Quo numero libri Origenis habendi sint, disputatur. XIX. & utrum inter Hæreticos ponendus ipse sit.

I. QVOD de Origene Origenisque dogmatis iactabatur olim: Vbi bene, nemo melius; ubi male, nemo pejus; idem prope modum nunc de eo, iisque merito dici potest, qui de ipsius doctrina sententiam tulere: Vbi bene accipitur, neminem accipi melius, neminem maioribus extolli præconiis, neminis doctrinam acrioribus studiis defendi; ubi male, duriori neminem & asperiori censura defricari. Adeo extrema omnia, non in vita solum, sed post mortem etiam vir ille expertus est; nescio qua fati urgente pertinacia, & perpauca Adamantium inter, ipsiusque aduersarios medias sectari partes patiente. Alios quidem tam inique erga ipsum animatos videas, ut in nefariorum ac pestiferorum Hæreticorum censu Origenem ponant, & tamquam de Ecclesia propudico ac vibice, sic de eo statuendum esse velint: alij contra tam cæco & effræni studio in eum feruntur, ut omnia ipsius facta ac dicta tueri parati sint, nec aliter dogmata eius, quam ut *uertas dicitur* amplectantur.

Vnus utriusque

Error, sed variis illudis partibus.

Equidem extrema hæc inter, medium quoddam iter tenendum puto, si quis æquus esse, nec sese ipse fallere velit. Fatendum est sæpe peccasse Origenem, & in damnosos errores incidisse; in multis falso & immerito fuisse accusatum si quis neget, profligati illum pudoris esse, & supra iam probavimus, & deinceps etiam ostendemus. Præclare Pamphilus in Apologia: *Consequens erat ex his omnibus laborum & studiorum suorum testimonis amplecti ratem virum (Origenem) & neque defensionis studio plus dare ei meriti, quam mensura deposcit; neque rursus obrectandi vitio facile condemnare, & alienum ab Ecclesiastica doctrina temere pronuntiare: cum utrumque istud præcipitum providens ante diuinus sermo prohiberit dicens: Non sit in te mensura maior, neque mensura minor: abominabile est enim in conspectu Domini utrumque: unicuique enim prout dignum est retribuere, iustitie proprium est. Propter quod & mensura integra, & pondus æquale acceptabile est apud Deum; non hoc quod mentitur veritatem, per quod vel plus donatur rebus, quam merita deposcunt, vel subtrahitur meritis quod debetur.* Igitur utrorumque mihi improbat ratio, tum qui apologiis suis omni labe purgare Origenem student, tum qui eius nomen